

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Iuramentum g  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Iuramentum g:

Non penitus iurare prohibuit  
sed occasionem periurii  
quod perfectius est euitare docuit.

Gregorius super illud Matthei: Non periurabis.

Fons proximus:

**Est est. non non....**

Non penitus iurare prohibuit:

sed occasione periurii.

quod perfectius est docuit:

ostendens quod ulterius est a malo esse.

*Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Mattheum,*  
5.37 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,  
Strassburg, 1480).

Fons primus:

Sed tamen quia *uidetur apostolus* quam *saepe iurasse* et  
ueritatis sacramenta inter Christianos pro satisfactione  
alterius licet a malo sint frequentius conceduntur liquet  
quod Christus

penitus iurare non prohibuit

sed propter occasionem periurii

docuit quod perfectius est

et ostendit quicquid ulterius fit esto liceat ueritatis  
obtentu quod *a malo est* dum quisquis pro dubietate  
alterius ut fidem faciat qui non credit iurare cogitur.

Paschasius Radbertus, *Expositio in Matheo*, 3.5.36  
(CCCM 56, B. Paulus ed., p.341, ll.3397-3403).